



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1616

5. De pensionibus Ecclesiasticis, quid nomine pensionis intelligatur, & quid
ea proprie sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14007

Primo queritur. Quid sit pensio? Est certa portio ex alieno beneficio Ecclesiastico iusta de causa ad tempus detracta & separata. Sic *Cardinalis, Anchiaranus & Imol. Clem. i. de suppl. neglig. prelato.* Dicitur, (*cetera pario*) quia est pars quedam de beneficii redditibus detracta, & res per se beneficium & titulo separata, sicut ususfructus à proprietate seu iunctus per se distinguitur, (*Iusta de causa:*) quia cum iure communis eum sit, ut beneficia sine diminutione conferantur, sine causa fructus beneficii minuti non possunt. Pensio item, est velut seruitus quedam imposita beneficio, & onus quoddam, quod beneficiarius sustinet cogitur: ideo sine causa confitui non potest. (*Ad tempus*) quia pensio in hoc à beneficio distinguitur, quod beneficium est perpetuum, non enim beneficiari morte finitur, sed vacat, hoc est, post mortem vacuum relinquitur, & propterea impetratur, & alteri confertur: at pensio obitu pensionarii definir, sicut ususfructus morte ususfructus. *G. Finis, Inflit. de V. ususfructu:* & cum pensio finiat, ac defunat, nunquam dicitur vacare: nec tanquam post mortem vacans, impetratur, vel conceditur: sed noua imponitur beneficio, & denouo in aliquem confertur.

Predictam distinctionem pensionis Nauarrius improbat, tom. 1. consil. de praben. consil. 52. num. 6. eo quod ea conuenit multis aliis, videlicet stipendiis, quae solvantur ex communibus Ecclesiae bonis, aut ex fructibus beneficiorum laicis aliquo munere & officio in Ecclesia fungentibus, vt Cantoribus, Aduocato, Procuratori, Oeconomo, Medico, Chirurgo, & aliis huiusmodi. Deinde, quia ex ea definitione colligitur, pensionem, rem esse profanam, non spiritualem. Postremo, quia pensio est ius rem spiritualem consequens: nam solum datur Clerico. Sed non est, car definitionem communis cōfēnsū receptam reprobamus, alioqui enim communiores opiniones subinde suo loco mouerentur. Satis est, eas minus interpretari in bonum sensum acceptas. Definitione igitur predicta pensio latius sumpta describitur, siue datur, vt laboris merces & stipendum operæ qualisque, siue in subdium vitaे ob literaturam alicuius, nobilitatem, & morum honestatem, siue loco beneficii, quod quis dimisit, vel permittetur, vel quo cesserit ad litem finiendam. Nec probabilitate caret (vt à Nauarto dissentiam) pensionem aliquando rem esse profanam, vt dicam inferius: & portio sumitur hic, vt est res iuri, non facti: sicut hereditas, ususfructus, sunt res iuri. Pensio igitur est portio, hoc est, ius quoddam per se distinctum & separatum à beneficio.

Secundo queritur. Quot, & quibus modis pensio concedi solet? His duobus modis: aut enim conceditur luci & commodi causa, aut oneri. Lucri quidem, vt cum ex beneficio alicuius pensio alteri referatur in utilitatem eius, vt habeat unde honeste vivat, ac sustentetur: ac propter tunc pensio datur in subdium vitae & alimentum. Et quod alimento causa pia esse censerit: dicitur quod talis pensio pia. Oneris vero causa pensio conceditur, quia datur alicui, vt lite & controversia cedat, vel quia beneficium alterius causa dimittit, vel cum altero tenuiore permittat, & ne magnum ob beneficium ab se dimissum, patiatur detrimentum. Porro solent pensiones conferri liberæ & immunes ab omni onere: unde in literis Pontificiis, quibus ita insinuandi pensio conceditur, clausula solet apponi: *Ne N. ex resignatione, seu cessione huiusmodi nimium diffidium patiatur: de alicuius subventionis auxilio prouidentes, pensionem annam ab omni decima Papali, charitatis subdicio, ordinario, & extraordinario, & quocunque alio onere, quamvis etiam Apostolica auctoritate, & ex quacunque quamvis urgentissima, & hie necessario exprimenda causa, etiam pro fabrica basilice Principis, Apostolorum de urbe: Crucis sancta, & tam offensiva, quam defensiva expeditione contra Turcas, & alios infideles sancta Catholica fidei hostes: & ad Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum quorumcumque instantiam, Canonicis, & de facto, nunc & pro tempore impositis, & imponendis, etiam in impositionibus huiusmodi pro tempore caueantur ex-*

prefesse, quos pensionarii pro rata pensionum suorum quantumvis exemptarum contribuere tenentur: ac etiam belli, pestis, granitis: incendi, scicatiss, tempestatis, inundationis, depradationis, & cuiusvis alterius amissionis fructum, & ab omni incursum militum, & quibusvis alius inexcogitabilibus, & insolitis casibus & eventibus pro tempore contingentibus, liberam, immunem, & exemptam centum ducatorum super predicta Ecclesia fructibus, redditibus, prouentibus, & reliqua. Item beneficiario ob causam aliquam beneficio priuato solet pensio dati, vt habeat unde sustentetur.

Tertio queritur. Quotuplex sit pensio? *Gigas qua. 4.* pensiones licitas, & pensiones illicitas recenser. Verum sat is est nosse, licite pensionem aliquando concedi his qui beneficium simpliciter deponunt, vel alterius gratia dimittunt, vel cum altero commutare, vel ab eo ob causam aliquam remouent, ad item aliquam & controversiam de beneficio dirimendam: vel denique eo quod aliquis sit de Ecclesia, vel de republica Christiana bene meritus.

Quarto queritur, An pensio, beneficii Ecclesiastici applicatione contingat? Hanc questionem tertio libro dissoluimus, cap. 5. quest. 2. Communis est omnium sententia Doctorum, minime contineri: quoniam est quodam ius per se distinctum à beneficio, vt ususfructus à proprietate, licet alioqui pensio multa habeat cum beneficio communia: non enim ea concedi solet laico, nisi certi iuris ac regulæ militi: & cum adolescenti, vel iuveni literis student, datur, clausula apponitur (*Modo sit Clericorum confusa initatus*) nec confertur, nisi auctoritate Romani Pontificis: nec transfertur, nec extinguitur, siue redimitur sine eiusdem consensu: nec eam potest pensionarius exigere ante literas Pontificis expeditas & obtentas: Cum etiam impetratur pensio, solvit Annata, vt de his omnibus dicam inferius. Denique pensio licet beneficium non sit: quia tamen ex beneficio fructibus percipitur, ideo de ea vel Constitutiones Pontificis, vel receptae curia Romanæ consuetudines multa introduxerunt: quæ si non feruantur, vel Simonie labes contrahuntur, vel pensionis impetratio & adeptio nequaquam subsistit.

Quinto queritur. Quid propriè intelligatur pensionis nomine? Respondeo, pensionem aliquando beneficiorum rationem habere: & tunc beneficium est, non pensio: vt, quando certa portio fructuum ex pingui beneficio detrahitur, vt deinceps fiat perpetuum beneficium. *Cardinalis in Clem. i. de suppl. neglig. prelato. & Panorm. in cap. Conquerente. de Cler. non res. & de hac pensione in praesenti loco non estfermo.* Altera pensio est, que tribui solet alteri ob temporale ministerium quod praestat Clericis sive Ecclesiis: vt cum certa pensio ex bonis Ecclesiae assignatur alteri, vt eum habeat pulsandi æra campana, aperiendi fores templi, docendi pueros Grammaticam, vel cantum Ecclesiasticum, vel obeundi munus & officium Aduocati, vel Procuratoris: hoc quoque genus pensionis, praesentis instituti non est. Altera pensio conceditur loco beneficii, vt colligitur ex cap. *Quamvis de prab. in 6.* & haec datur alicui, ob beneficium ab eo simpliciter, vel alterius causa dimissum, vel cum altero beneficio tenuiori permutatum, vel ob litem & controversiam renuntiatam, vel omissem: & haec pensio ad presentem pertinet tractationem. Alia ita pensio referatur alicui tanquam Clerico, unde vivat. Et haec conferri solet quatuor ex causis porisimis, vt ait *Paulus Roman. tract. de pension. q. 1. n. 12.* quæ sunt, literatura alicuius, qui doctrina valet & praestat: Hospitalitas, qua Clerici peregrini, adueni & exteri sustentantur. Premium, quia videlicet quis est de Ecclesia bene meritus: Amor, vt cum Papa alicui pensionem tribuit, quod cum amore & benevolencia, ac sauroe prosequatur. Denique usus est receptum, vt pensiones referuerint quibuldam ob vita & morum honestatem, & alias præclaras animi dotes: Et de hoc etiam pensionis genere in praesenti loco tractamus. Itena pensio etiam in fundatione Ecclesiae solet imponi: veluti cum patronus petit, vt Ecclesia à se fundata, & docta soluat certam pensionem alteri Ecclesiae. cap. *Quamvis,*

Azer. Inflit. Moral. Part. II.

*de censibus, aut sibi, cap. Praeterea iure patrum. Imo potest etiam in fundatione, & dotatione Ecclesiae conditionem apponere: sed non circa Episcopi consensum, ut fructus Ecclesiae, quando eam vacare contigerit, sibi reddantur, Glos. in cap. Generali, in verbo Fundatione de elect. num. 6. Nec huiusmodi pensio ad tempi nostram est. Nos ergo in praesenti non de omnibus hisce pensionum generibus tractare instituimus, verum de iis tantum, quae loco beneficii vel in subfidiu*m*vit*a* beneficiariis referuntur.*

Sexto queritur, An pension sitius aliquid rei spirituali annexum, An vero tempore & profanum? Communi*m* est omnium iuris Canonici interpretum sententia, pensionem non esse ius aliquod spirituali, aut rei spirituali annexum, sed communum quoddam temporale, seu ius quoddam profanum per se a beneficio distinctum, & ieiunium: eo quod beneficium Ecclesiasticum non sit, nec conferatur iure & ratione ministerii spiritualis, sed in vita subfidiu*m*. Quin & nonnulli etiam non dubitare dicere, pensionem non esse rem iuri*m*, sed facti, quia videlicet aliud non sit, nisi certa quædam portio ex fructibus beneficij quotannis percipi consueta. Et certe pensionem rem esse profanam, si pius in Rota iudicatum fuisse testatur Gamb. lib. citato de officiis. & post legat. 6. num. 633. Sic etiam esse ius quoddam temporale, formale, & per se separatum a beneficio, dicitur in decr. nouis Rotar. decr. 425. par. 1. Idem docent Anchari, Cardini Mol. Clemen. 1. de stipendiis. negl. prel. Ita quoque Gigas de pension. q. 7. num. 2. q. 16. num. 1. q. 99. num. 7. vbi allegat Bald. Felin. & alias id ipsum sentientes. At enim pensionem non esse rem sive ius profanum, saepe hoc nostro tempore responsum esse in Rota, tradit. Flamin. de resign. beneficio. lib. 6. q. 4. nn. 54. item esse ius spirituali rei annexum, vt consequens, ait Nauar. in Manual. cap. 23. num. III. & tom. I. consil. de prob. consil. 52. Non esse rem profanam, sentit etiam Gamb. lib. citato. num. 54. Profecto negari non potest, quin pension sit iuri*m*, non facti res, sicut vius fructus & hereditas iuri*m*. Nec dubitate possuum, quin pensionarius ius habeat annum pensionem exigendi & percipiendi: sive quoque pensioni multa sibi cum alio quovis iure rei spirituali annexo communia, quoniam ab ipso superiori Ecclesiastici consensi & auctoritate non datur, neque redimitur, neque transferatur, nec nisi Clericis tribuitur, & per matrimonium contractum extinguitur: & in ea Simonie crimen aliquando committitur, ac ita quibusdam videretur esse ius spirituali annexum, vt consequens: nam nonnulli Clericis dari soler & debet. Ego tamen, ut valde probabilem iudico, pensionem, ius simpliciter esse non sacram, hoc est, non conuenire Clerico, cui datur ob officium & ministerium sacram, quoniam datur ut alimentum & in subfidiu*m* vita, non ratione alieui*m* spiritualis ministerii: quia tamen est portio quædam ex beneficio fructibus detracta, ideo voluerunt Pontifices, & vias confuetudo recepit, ut non detur nisi Clericus nec absque Romani Pontificis auctoritate conferatur, redimatur, aut transferatur, & ut per matrimonium contractum extinguitur, & ut ex ea solvatur Anna*m*: denique ut habeat multa cum beneficio communia: & propterea si quis contendit, pensionem quæ datur alieui*m*, quia Clericus est, esse ius rei spirituali annexum, vt consequens, valde probabiliter loquitur: imo nunc haec sententia videtur communis consensu*m* recepta, & meo iudicio est vera.

Septimo queritur, Quibusnam ex causis soleat pension conferri? Rebuffus in praxis beneficiorum parte I. titul. differentiationibus, num. 22. ait, in Francia tribus tantum ex causis pensionem tribui*m*. Primo ad item de beneficio dirimendam. cap. Nisi, de probend. Secundo ne resignans nimio detrimento afficiatur. cap. Super hoc, de renuntiat. quod in permutatione fecus habet, quoniam qui beneficium permutat, recipit alterum. Tertio in permutatione, quae quiscum beneficium cum altero minus pingui commutat. cap. Ad questiones, de rerum permut. Porro non admittuntur in Francia nisi pensiones iure communis approba-

te, quales sunt tres predictæ pensionum species. In Hispania vero, & in Italia admittuntur etiam ex*m*, quas non ius commune, sed curiae Romanæ vius induxit & approbavit: quales ea pensiones sunt, quas dixi supra tenuari solitas alicui*m* literaturam, hospitalarem, præmium, amorem, vi*m* & modum honestatem, & alia merita & obsequia laudabiliter in Ecclesia bonum exhibita.

Octavo queritur, An Romanus Pontifex possit pensionem imponere in fructibus beneficiorum sine iusta causa? Gigas q. 6. de pensionib. nn. 6. 7. & 17. affirmat posse, idque probat auctoritate Decr. in consil. 419. vol. 3. secund. cap. Ad audiencem derscript. Ludouici Romani in consil. 369. quod incipit: Circa primum proprie*m* & consultationis: Caccialupi in tractatu de pensionib. q. 5. Ratio coram est, quia Rom. Pontif. vel est dominus beneficiorum, vel saltem plenissimum habet eorum administrationem, Clem. vi. licependente, ad finem, ep. c. Licet, de proben. in 6. Cicerum, aliud est querere, An Pontifex pensionem alicui*m* referetur sine iusta causa: aliud vero est, An pensione circa iustum causam alicui*m* referuata valeat, ut pensionarius rata conscientia eam possit exigere & percipere. Si primum queratur, illud ab ipso peccato fieri neguit; quia, ut minimum, quod sine iusta causa sic, impudenter & leniter, ac temere fit. Deinde redditus Ecclesiae in pios vias erogati & insumi debent, ergo in eum, qui bonis abundat, sine via rationabili causa penitus contenti iuri*m* non potest: nisi forte bona Ecclesiae non dispensare potius, quam dissipare Pontifex vellet. Si vero secundum queratur, arbitror pensionem referuatum valere, quia eam sine causa dando, Pontifex contra ius diuinum vel naturale non facit, sed contra Canones & iura, quae nimur vivere, beneficia cum diminutione conferri. Sed quod Papa contra Canones & iura dumtaxat sine causa concedit, valeat: cum ei*m* modi iura remittere & relaxare queat: quoniam male sine causa relaxando, faciat. Gigas q. 6. de pensionib. 15. Quid si Pontifex pensionem concederit falsa ex causa? ita videbitur: Titus petit ut sibi pensione referuerit, & fugit ac mentitur, pauperem se & inopem esset, vel Clericum, vel bene meritum: & has ob causas, quod petit ille, Papa concedit, alioquin non concessurus. Tunc dico, pensionem minime valere, quoniam data est ob causam, quæ non subsistit: & quia celatum est aliquid, quod si narratum & expressum fuisset, Pontifex minime concessisset: ac propterea imperatio subreptitia confetur. Dices, pensionem inter beneficia non habeti*m*, quorum impetrations subreptitia nullius sunt momenti. Verum est: sed pension tamen licet beneficium Ecclesiasticum non sit, est tamen privilegium Papæ auctoritate concessum: & ideo cum falsa ex causa impetratur, subreptitia quoque impetratio censeretur: ac ideo nullius roboris atque sitimatis, Gigas de pension. q. 22.

C A P. VI.

Cuius sit pensiones in fructibus beneficiorum imponere.

Exploratum, ac certum est, Romanum Pontificem post in beneficiis pensiones imponere.

Primo queritur, An id quoque potestatis & iuris habent Episcopi, & alii locorum Ordinarii, ut Archiepiscopi, Primates, vel Patriarchæ? Gigas de pensionib. q. 6. concedere videret id etiam potestatis Episcopo, ut si pensionem tribuat alicui*m* Ecclesia bene meritos: & proposito afferat etiam Felinum, & Antonium Butrium. Hac item ratione probat Gigas sententiam suam: quia si Episcopus, inquit, in sua dioecesi unam Ecclesiam cum altera Ecclesia coniungere potest. Clem. Si una, drebis Ecclesianen. &c. Præcipimus, §. Sicut duo, 16. quest. 1. quidni potest alicui*m* pensionem referuare? Petrus item Ancharenus consil. 279. videret etiam Episcopo concedere, ut seni Clerico suum beneficium dimittenti possit in fructibus illius penso-